



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 Vtrum se, plus quàm primum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

co. Eligat enim sibi ipsi optimum secundum rationem. Ad evidentiam huius aduertendum est, quod in litera author affert signum nouum pro illa conclusione. I. Pars amat magis bonum totius, quam proprium. Et est, quod vnaqueque pars habet principalem inclinationem ad actionem communem vtilitati totius.

Experimentum siquidem in partibus officialibus corporis, quod precipua curandus partis actio est ad commune totius bonum: ut patet de actione manus, pedis, oculi, cordis, hepatis, dentium, &c. Si ergo in esse in partibus naturalibus eodem modo, cum partes politice sine sic dispositae, sicut si elset a natura, eo quod ars que rationem perficit, imitatur naturam, consequens est, vt inuenias politice inclinationes eius principales ad actiones communes pro bono totius: ac per hoc comprobetur, quod magis sapienter natura inclinatur ad commune bonum, quam proprium.

Ad obiectiones autem magis aduertendum est, quod opus dicitur, quod optime dicitur, quod ex hoc, quod aliquis exponit se morti pro aliquo, non sequitur quod illum magis se amet: nec author hoc generaliter signum, nec somnari etiam. Sed ex hoc, quod ciues secundum politicas virtutes, res, & corpora exponunt pro bono communi, signum habuit, quod pars amat plus totum, quam se. Hec autem duo distant, sicut cecum & terra. Quamuis enim inepte afferatur, quod quis exponit se morti pro salute rerum suarum: quoniam hoc fit non pro illis, sed pro seipso, ad cuius salutem ille res sunt opportune.

Ad obiectionem autem secundo loco allatam dicitur, quod fit comparatio secundum bona eiusdem rationis, proportionalitate tamen totius, & partis seruata. Sed illud bonum, in quo fit comparatio, non est bonum honestum, ut argumentum assumit, sed est bonum utile, vel delectabile. In hoc enim genere communitas est totum, & cuius pars: ita quod intendit author, quod quia virtus politica inclinatur ad commune bonum exteriorum, vel vite corporalis pro salute reipublice in rebus, vel in personis, signum habemus, quod pars plus diligit totum, quam seipsum. Et quod ista fit intentio authoris, patet ex prima parte quest. 60. articulum, vbi post exemplum de parte naturali, subiungit de parte ciuili, quod est virtus ciuis, ut se exponat morti pro reipublice conseruatione. Et si homo esset naturalis pars huius ciuitatis, hanc inclinationem esset ei naturalis. Hec ille. Vnde habes, quod si homo esset naturalis pars huius ciuitatis, naturaliter exponeret se morti, ut totum, quod est ciuitas, uiuere sicut manus ex-

ligere seipsum, quam proximum. Principale enim obiectum charitatis est Deus, vt supra dictum est: sed quandoque homo habet proximum magis Deo coniunctum, quam sit ipse. ergo magis debet aliquis talem diligere, quam seipsum. ¶ 2 Præ. Detrimentum ipsius, quem magis diligimus, magis uitamus: sed homo ex charitate sustinet detrimentum pro proximo, secundum illud Proverb. 12. Qui negligit damnum propter amicum, iustus est. ergo homo debet ex charitate magis alium diligere, quam seipsum. ¶ 3 Præ. 1. ad Cor. 13. dicitur, quod charitas non querit que sua sunt: sed illud maxime amamus, cuius bonum maxime querimus. ergo per charitatem aliquis non amat seipsum magis, quam proximum.

SED CONTRA est, quod dicitur Leui. 19. & Matth. 22. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ex quo uidetur, quod dilectio hominis ad seipsum, est sicut exemplar dilectionis, quae habetur ad alterum: sed exemplar potius est, quam exemplatum. ergo homo ex charitate magis debet diligere seipsum, quam proximum.

RESPON. Dicendum, quod in homine duo sunt, scilicet natura spiritualis, & natura corporalis. Per hoc autem homo dicitur diligere seipsum, quod diligit se secundum naturam spiritualem, vt supra dictum est. Et secundum hoc debet homo magis se diligere post Deum, quam quemcunque alium. & hoc patet ex ipsa ratione diligendi. Nam sicut supra dictum est, Deus diligitur, ut principium boni, super quo fundatur dilectio charitatis. Homo autem seipsum diligit ex charitate secundum rationem, qua est participes prædicti boni. Proximus autem diligitur secundum rationem so-

hoc loco quam bene dictum superius sit contra Durand. phantasia, quod Deus secundum seipsum est proprium bonum cuiusque creature, & specialiter intellectualis.

Super Quaestiones vigesimasexta Articulum quartum.

IN articulo quarto nota, quod hinc elicere potes, non esse de mente authoris, quod homo amet magis commune bonum creatum, quam seipsum secundum spiritualem bonum. Sed ipsemet in bonis spiritualibus tenet primum locum amabilis post Deum, pro quo non potest quis peccare. Pro beatitudine autem, & virtute cuiusque communitatis, nemo debet peccando sibi nocere.

Super

A ponitur naturaliter pro esse totius hominis. Constat autem, quod sicut esse manus, & totius hominis, eiusdem sunt rationis proportionaliter: ita esse cuius & ciuitatis. Et confirmatur manifeste sic esse, quia non fit hic comparatio inter bonum utile, & honestum, sicut cum quis moriatur pro amico: sed tota vis rationis pendet ex comparatione partis ad totum, quia pars secundum id quod est, totius est, vt ibidem patet. Ex

ratio ergo, quia pars est, cuius quilibet, debet totus ciuitatis bonum temporale proprio temporali bono praepone: non autem bonum proprium alicuius cuius teneat suo praepone. Et hoc hic docetur. Vnde extra propositum sunt que pro amico agenda sunt. Verificatur tamen in proposito, quod ciuis vitam ciuitatis, vite propriae anteponens, sibi ipsi optimum eligit secundum rationem, & seipsum maxime amat, secundum uirtutem excellenter operans.

In responsione ad secundum, nota elegantem gloriam, & intellectum illius positionis. Amabile quidem bonum, unicuique autem proprium: quod quia esse proprium multis modis contingit, vnumquodque bonum alicuius. eo modo quo est proprium, est amandum. Et sic cum in proposito dupliciter contingat aliquid esse bonum alterius, aut scilicet quia est propter ipsum, aut contra, bonum totius est bonum partis; non ita quod sit propter partem, sed e contra, scilicet pars est propter totum. Et propterea pars amat bonum totius tanquam proprium, non ita quod referat bonum totius in se ipsam partem, sed e contra, ita scilicet quod referat se ipsam in bonum totius. Habes quoque ex

arr. 1. & 2. huius qo. & q. 2. art. 1. & 2.

q. 25. art. 1. & 2.

q. 25. art. 7.

q. 25. art. 1. & 2.

Super

Super

Super

Super

Super



cietatis in ipso bono. Consociatio autem est ratio di-  
lectionis secundum quandam unionem in ordine  
ad Deum. Vnde sicut unitas potior est, quam unio, ita quod  
homo ipse participet bonum diuinum, est potior ratio  
diligendi, quam quod alius associetur sibi in hac parti-  
cipatione. Et ideo homo ex charitate debet magis  
seipsum diligere, quam proximum. Et huius signum  
est, quod homo non debet subire aliquod malum pec-  
cati, quod contrariatur participationi beatitudinis,  
ut proximum liberet a peccato.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod dilectio  
charitatis non solum habet quantitatem ex parte  
obiecti, quod est Deus, sed ex parte diligentis, qui  
est ipse homo charitatem habens: sicut & quanti-  
tas cuiuslibet actionis dependet quodammodo ex  
ipso subiecto. Et ideo licet proximus melior, sit  
Deo propinquior, quia tamen non est ita pro-  
pinquus charitatem habenti, sicut ipse sibi, non  
sequitur, quod magis debeat proximum, quam se-  
ipsum diligere.

AD SECUNDUM dicendum, quod detrimenta corpo-  
ralia debet homo sustinere propter amicum, & in  
hoc ipso seipsum magis diligit secundum spirituale  
mentem, quia hoc pertinet ad perfectionem virtu-  
tis, quae est bonum mentis: sed in spiritualibus non  
debet homo pati detrimentum peccando, ut prox-  
imum liberet a peccato, sicut \* dictum est.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut \* Augustinus  
dicit in regula, cum dicitur, Charitas non quarit qua  
sua sunt, sic intelligitur, quod communia propriis  
anteponit. Semper autem commune bonum est  
magis amabile unicuique, quam proprium bonum.  
Sicut etiam ipsi patri est magis amabile bonum to-  
tius, quam bonum partiale sui ipsius, ut \* dictum est.

In cor. art.  
\* in regula  
te tia, & ha  
beur to. 1.

Art. prac.

¶ Super Quaestio-  
nis vigesimae Ar-  
ticulum quintum.

ARTICVLVS V.

Utrum homo magis debeat diligere  
proximum, quam corpus  
proprium.

IN articulo, in re-  
sponse ad ul-  
timum aduerte duo.

1. 2. q. 73. ar.  
tic. 1. cor. &  
eouit. 18. c.  
16.

AD QUINTUM sic proceditur.  
Videtur, quod homo non magis  
debeat diligere proximum, quam  
corpus proprium. In proximo enim  
intelligitur corpus nostri proxi-  
mi, si ergo debet homo diligere  
proximum plus quam corpus pro-  
prium, sequitur, quod plus debeat  
diligere corpus proximi, quam  
corpus proprium.

Art. prac.

¶ 2. Praet. Homo plus debet dili-  
gere animam propria, quam animam pro-  
ximi, ut \* dictum est: sed corpus  
proprium propinquius est ani-  
mae nostrae, quam proximus. ergo  
plus debemus diligere corpus  
proprium, quam proximum.

¶ 3. Praet. Vnusquisque exponit id,  
quod minus amat, pro eo, quod  
magis amat: sed non omnis ho-  
mo tenetur exponere corpus pro-  
prium pro salute proximi, sed hoc  
est perfectorum, secundum illud  
Io. 15. Maiorem charitatem nemo  
habet, quam ut animam suam ponat  
quis pro amicis suis. ergo homo  
non tenetur ex charitate plus dilige-  
re proximum, quam corpus proprium.

1. 1. c. 37. a  
medio to. 3.

SED CONTRA est, quod \* Aug.

dicat de doctrina christiana, quod plus de-  
betur proximo, quam corpus proprium.

RESPONDEO. Dicendum, quod  
est ex charitate diligendum, quod habet  
rationem diligibilis ex charitate, ut  
sociatio autem in plena participatione  
quae est ratio diligendi proximum, est  
diligendum, quam participatio beati-  
tudinis, quae est ratio diligendi proximum.  
Et ideo proximum quantum ad salutem  
magis debemus diligere, quam proprium.  
AD PRIMUM ergo dicendum, quod  
Philosophum in 9. \* Ethic. Vnum quod  
esse id, quod est praecipuum in ipso. Videtur  
ergo proximus magis esse diligendus, quam  
proprium, intelligitur hoc quantum ad  
quae est potior pars eius.

AD SECUNDUM dicendum, quod corpora  
propinquius animae nostrae, quam proxi-  
mum ad constitutionem proprie naturae,  
tunc ad participationem beatitudinis magis  
sociatio animae proximi ad animam nostram  
etiam corporis proprii.

AD TERTIUM dicendum, quod cuiuslibet  
habetur cura proprii corporis, non autem  
cuiuslibet homini cura de salute proximi  
casu. Et ideo non est de necessitate chari-  
tatis, ut homo proprium corpus exponat  
nisi in casu, quo tenetur eius saluti propter  
quod aliquis sponte ad hoc se offerat, ut  
perfectionem charitatis.

ARTICVLVS VI.

Utrum unus proximus sit magis dil-  
gendus, quam amicus.

AD SEXTUM sic proceditur.  
Videtur, quod vnus proximus  
non sit magis diligendus, quam  
alius. Dicit enim \* Aug. in 1. de doctr.  
christi. Omnes homines equae dili-  
gendi sunt: sed cum omnibus pro-  
desse non possis, his potissimum  
consulendum est, qui pro locorum,  
& temporum, vel quarumlibet re-  
rum opportunitatibus, constitutus  
tibi quasi quadam sorte iungunt.  
ergo proximorum vnus non est ma-  
gis diligendus, quam alius.

¶ 2. Praet. Vbi vna, & eadem est ra-  
tio diligendi diuersos, non debet  
esse in a qualis dilectio: sed vna est  
ratio diligendi omnes proximos  
scilicet Deus, ut patet per \* Aug.  
in 1. de doctr. christi. ergo omnes proxi-  
mos aequaliter diligere debemus.  
¶ 3. Praet. Amare, est velle boni ali-  
cui, ut patet per \* Philosophum in  
2. Rhetor. sed omnibus proximis  
eguale bonum volumus, scilicet  
vitam aeternam. ergo omnes proxi-  
mos aequaliter debemus diligere.

SED CONTRA est, quod tanto  
vnusquisque magis debet diligere, quanto  
gravius peccat, qui contra eius di-  
lectionem operatur: sed grauius  
peccat, qui agit contra dilectionem  
aliquorum proximorum, quam